Terrestri Premysliensi sibi Regnati per eundem Generosum
Grochowski sub Actu Feriae Tertiae post Festum
Sanctae Agnetis Virginis et Martyris Anno Millesi-
mo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo proxime elapso
Coram Actis Terrestribus Premysliensibus super bonis villae
Buchowice eius haereditariis modo Donationis factae
et recognitae Quietat emittit dimittit liberumque et absolu-
tum facit Inscriptionemque eandemque Donationem in omnibus
illius punctis Cassat, mortificat, et annihilat atque de
bonis villae praefatae Buchowice vigore Inscriptio-
nis donationis suae possessioni tenutae Condescendit
sibi et suis posteris actione donationis eorundem bonorum
perpetuum imponendo silentium. Salva nihilominus
Inscriptione Venditorea Reemptionali super Summam
Triginta Millium Florenorum polonicalium die hodierna
recognita et in bonis villae Buchowice assecurata
plenario robore reservata.

G. Grochowski Illri et Mgco Castellano Leopolien Vendit.

ex Copia Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosus Stanislaus
a Grochowice Grochowski olim Illris et Magnifici
Raphaelis a eadem Grochowice Grochowski Castella-
ni Leopoliensis filius sanus mente et Corpore existens a

1114 ~~1210~~

Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis
proprijs et competentibus recedendo, praedicta Bona Castrensi Capi
tan. Premysliensis Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet,
secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et
plenarie incorporavit atque subijciens palam libereque
ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua pro
pria et haereditaria infrascripta nempe totam et integram
Villam Buchowice in Palat. Russiae Terra vero et districtu
Premysliensi iacentem et Consistentem Cum omni eorumque bonorum
Iure Dominio, proprietate tituloque haereditario, Cumque omnibus
et singulis bonorum eorumque Vtilitatibus, fructibus, prouentibus,
redditibus, Commodis emolumentis obuentionibus, Dimagris,
pratis, campis, pascuis, pascuarijs, Villagijs, Sylvis, bo
ris, gajs nemoribus, indaginibus, rubetis, Vepretibus,
Mericis, Virgultis, hortis, pomarijs, Sepibus, Sepimentis,
apiarijs, apum mellificijs, Structuris, aedificijs, Tabernis,
Molendinis, horreis, hosbodijs, granarijs, Stagnis Magnis,
et paruis, piscinis, piscinetis, Fluuijs, fluminibus, riuis,
riuulis, torrentibus, aquarumque decursibus, lacubus, palu
dibus, atque subditis, Cmetonibus, Hortulanis, Inqui
linis eorumque laboribus, Censibus, dationibus, Vecturis, Mu
nijs, Allegijs, et officijs publicis, attinentijsque et perti
nentijs quibus vniuersis, nihil ex praemissis Iuris Dominij,
proprietatis, ac Iurium, Competentiis et proprietatis pro
se ipse suisque successoribus aut quopiam alio reseru
ando seu excipiendo, sed omnibus in genere et singu
lis in specie Comprehensis genere per speciem et econtra

invello

in nullo derogando, Venmita late, longe circumferentialiter
qua praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus
ab antiquo extendit et perrenditur, et prout eadem bona ipse
met Regni tenuit habuit et possidebat ipsique Conve
nebant ac eidem [illegible] serviebant. Jam exnunc et de
facto Illri et Mgco Andreae Maximiliano de Plen
[illegible] Fredro Castellano Leopoliensi eiusque posteris pro
summa Triginta Millium Florenorum polonorum (de qua levata
dicitur [illegible] eundem Illrem et Mgcum Castellanum
Leopoliensem praefatum quietat) inscripsit vendidit et assecu
ravit, prout praefatus inscribit vendit ac titulo iuris perpetui
venditionis resignat, Iure tamen Reemptionis [illegible]
na Wydlinkoff [illegible] cum pacto retroemendi et retinendi.
In quo quidem bona suprascripta iure Reemptionis [illegible]
promissaque omnia praefatus per se [illegible] vendita, Jam
exnunc et de facto idem supremus Regni eidem
minuto Illri et Mgco Castellano Leopoliensi et suis successo
ribus Coram Officio praesenti dat et admittit realem
Intromissionem et actualem possessionemque perpetuam per
Ministerialem quemcunque competentem et nobiles duos [illegible] quoscunque
[illegible] Officio acceptandam. Per ipsum Illrem et
Mgcum Castellanum Leopoliensem et ipsius posteros bona
praefata praefatum vendita et inscripta Cum universis commodis
Utilitatibus et Usufructibus tenendi, habendi, et possi
dendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, [illegible]
[illegible] Successorumque suorum beneplacitos usufructus
[illegible] et effectualiter convertendi, Debebitque [illegible]

mentis Regnis Gnosus Gorbonski aut seu sui
successores vice supra bonis suis quibusvis omnibus ac summis
pecuniariis quibusvis habitis et habendis pro facto Illris et
Mgri Castellano Leopoliensis et ejus posteris insimul eorumque
gratiis praesentibus Ipsum et illius successores in dictis bonis
in terris Reemptionis venditis praemissisque omnibus praesentis
inscriptis, et ratione eorumque omnium praesentis venditoris
ab omni et quavis impetitione juridica quavis cujusque personae
cujuscunque Conditionis Status et Sexus cujusvis
existentis quocunque in omni Judicio et Officio Regni
semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere,
evincere, intercedere, deliberare, indemnemque conservare
reddere, necnon bona eadem bona praemissaque omnia praesentis
vendita et inscripta modo quocunque Primis personis
facta et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus supra
eadem bona vendita importatis et importandis, denique
denique et poenis Processibusque Juris quibusvis
in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus et
in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis
ac supra praemissis omnibus praesentis venditis et resignatis
fundatis et fundendis emundare, deliberare mundaque
et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praesentis
Coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum prae-
torum praesentibus venditorum, duorum Nobilium et Nobilis
dicti Officii requiretur non denegare, imo debebit
et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere,

datam

dataq[ue] et admissa eadem Intromissione possessoria et Usufructus
praemissorum omnium quovismodo temporeve seq[ue] praetensas quasvis
submissas et subordinatas personas non praepedire, nec
adimere, Ipsumq[ue] Illustrem et Magnificum Castellanum Leopo-
liensem eiusq[ue] posteros in praemissis omnibus praesentis Conditionis
nullo modo inquietare ita Ut eadem bona praesentes Condita
et securanter eisdem Illustris et Magnificus Castellanus
Leopoliensis cum suis posteris quiete et pacifice praesentis
Inscriptionis Conditionaliter Usque tenere habere et possi-
dere queat, Aliisque Utifrui possit modo ac titulo Con-
ditionali Idque sub Vadio summae Triginta Millium
florenorum polonicalium per eundem Magnificum Generosum Stanislaum
Gnesnensi suisve eius successores praefato Illustri et
Magnifico Castellano Leopoliensi Vel eius posteris ob non
Completionem praemissorum omnium et Singulorum tam ipsa
quam toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso
ad solvendum succumbito ac pro reliqua principali ex
praemissis non Completa Complenda Cedentes exigentes
mittunt Magnificus Generosus Stanislaus Gnesnensi
suisve ipsius successores. Ad Instantiam Illustris et Magnifici
Andreae Maximiliani de Plesrica Fredro Ca-
stellani Leopoliensis Vel ipsius posterorum ad officium
praesens Castrense Capitaneale Praemisliense extunc et exnunc
supra seriis quod ad recognoscendum spectat mediante

1118 ~~1214~~

semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio, stare, comparere, respondere, et iuri stare tractum huic Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia obligat. Eundem terminum primum peremptorium, Ubi et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, per Maiori, Minorennitate, Successione, legatione intra vel extra Regnum, servitio Militari, ad Munitionem ad Quietationem, Vel alijs quibusvis Dillationibus, legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem Contra Ultra praedictum Officij Actis Castrensibus Premisliensis Terminis, Dillationem sibi recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac eam praesentationes faciendo, ac praemissa omnia praemissis simplicibus Vel Complicatis Quaestionibus, suspensis, fatalijs Juris, processu Terrestri bello, Conventionesque, Vel alijs quibusvis Juris remedijs et defensionibus suis subterfugiendo neque quovis alio modo evadendo. Hoc suo praesenti personali Recognitione ac praemissa omnia mediante.

Illris et Mcus Castellanus Leopoliens atque Grochowski Roborant.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Comparentes personaliter Illustris